

REGIA  
SENTENTIA  
LATA

PER ILLVST.<sup>MVM</sup>, ET EXCELL.<sup>MVM</sup>  
DOMINVM LVDOVICVM GVILIELMVM  
à Moncada, Aragon, Luna, & Cardona, Ducem de  
Montalto, Principem de Paternò, &c. Locum-  
tenenti Generalem Catholica  
Maiestatis, &c.

QVA

IN SACRO REGIO SENATV  
VALENTINO.

REFERENTE

DOCTORE IOANNE ARQVES IOVER  
iamdiu Regio Consiliario.

IUSTINIANVM ROCA DE LA SERNA  
Generosum in possessionum bonorum, quæ Doctor  
SenIuan de Aguirre, quondam Assessor Baiuli ge-  
neralis Vrbs, & Regni tempore mortis possidebat,  
& vinculo supposuit, vt ab illo descendente, & ad ea  
vocatam, & non Domnam Mariannā de Aguirre  
domicellam, licet hæres sit Don Ioannis de Aguirre  
vltimi dictorum bonorum possessoris immit-  
tendum esse declaratur, &  
hæc diffinitur.

cre vol  
1020  
VALENTIÆ,  
Per Bernard Noguès, iuxta molend. de Royella, Ann. 1658.



hanc sacram Regiam Audientiam Regentem, & ad illius descendentes masculos, ex masculis, & quando hi omnes, absque prole legitima, & naturali, & ex matrimonio nata, & procreata (quæ qualitas in omnibus successoribus speciatim requiritur) deficerent, item disposuit filias dicti Regentis gaudere posse bonis prædictis, ita ut maior primo, & illius descendentes masculi (primogenitura, & maioriore, ut dictum est observatis) succederent, & postea secunda filia, & illius descendentes masculi habiles essent ad succedendum, quod & idem locum habere voluit in alijs filiabus, & earum filijs masculis, cumque dictus Regens Aguirre plures susceperit filias Eufrosinam scilicet primam, Paulam secundam, Franciscam tertiam, Evangelitam quartam, Hieronymam quintam, & Perronillam sextam, & primæ, & illius descendendum vocatio secuta esset per mortem omnium descendendum masculorum dicti Regentis, qui filios habuit tantum masculos don Christophorum, & don Joachimum, ex hisque nulla remaneat posteritas masculina, ultimo enim decelsit D. Joannes Aguirre, filius dicti Don Joachimi, & Domnæ Iosephæ Julæ coniugum, cuius finis huius litis principium fuit, & cum dicta Eufrosina mortua sit nulla prole relicta, hinc affirmat dictus Iustinianus Roca, quando quidam masculus, & dicta Domna Paula filia secunda dicti Regentis, & in hoc casu prima à morte dictæ domnæ Eufrosinæ descendit, ad se bona prædicta spectare iure dicti vinculi, & ex inde in illorum possessionem imitendum esse, ut amplius ipsa demonstratilis, contendit, & supplicat. His tamen validè resistit, & nerve se opponit Dōna Marianna de Aguirre domicella, filia etiam dictorum don Joachimi, & Domnæ Iosephæ, & soror dicti Don Joannis de Aguirre postremi dictorum bonorum possessoris, dum asserit prædictum vinculum expirasse, uti sub conditione conceptum: *Si vivus scilicet esset dictus Regens*, quæ defecit, & ita ut ait in casu contrario bona libera re manserunt, & à vinculo exempta ad dictum don Joannem pervenerunt, cuius dicta Domna Marianna soror, & heres est, dum affirmat quando fideicommissum adhuc persisteret non esse agnationis cum femine, ut dictum est, reperiantur vocata, dum præterit, illam expresse vocatam esse, & calum suæ vocationis secutum, cum clausulis, *quandocumque illi decesserint, in vocatione filiorum, & descendendum à dicto Rege ap-*

polsitæ

polsitæ addenda sunt verba, *sine filijs liberis, & descendibus*, in quibus comprehensa est dicta Domna Maria, & in consequentiam vocata antequam dictus Iustinianus, dum assererat necessarium videri lineam primogenituræ dicti Regentis, in qua quanvis concetiva reperitur dicta Domna Marianna, quod sufficit ut non expellatur à successione, evacuandam esse, in his enim primogenitorum delationibus ad aliam lineam non fit transitus, quin prius illa, quæ successit, ex haustasit, & denique dum allegat notam esse prælationem dictæ Domnæ Mariannæ iuxta prædicta, & prædilectionem ex agnatione illius, & proximitate testatoris, & dicti ultimi possessoris, quæ magis attenditur, & consideratur, provenientem, & ita Domnæ Mariannæ inclusio inevitabilis, & Iustinianæ exclusio necessaria est, animadvertens clausulis, verbis, & mente dictorum testamenti, & codicillorum, in quibus prædicta, & quæ diffusè ponderantur, & proponuntur per dictam Domnam Mariannam ad illius immissionem in possessionem dictorum bonorum roborandam, & obtinendam, nituntur, & fundantur, & proinde eodem modo supplicatione posita die secunda Octobris anni millefimi sexcentefimi quinquagesimi quinti Iosephus Tudon Notarius, procurator dictæ Domnæ Mariannæ de Aguirre, & Domnæ Iosephæ Julæ, tradendam esse possessionem dictorum bonorum dictæ Domnæ Mariannæ præcatur, & supplicat. Re tamen acriter discussa, negotio non semel ad lucem diffinitionis proposito, litæque ad Iustitiæ stateram, iterum atque iterum exhibitæ, certum, & indubium videtur ex testamento, & codicillis dicti Doctoris Sen Ioan de Aguirre, luculenter inferri ipsum de omnibus bonis suis agnationis vinculum instituisse, cum omnes filios masculos à principio, & omnes descendentes masculos per lineam masculinam ordine successivo, & unum post alium, ut dicimus, in vim primogenituræ, prioritatis, & maioritatis ordine in perpetuum servato, absque deductionibus legitimæ, falcidicæ, & trebellianicæ, cum gravamine deferendi nomen, & arma imposito filio masculo maiori filio maiori dicti Michaelis Angeli de Aguirre filij maioris dicti testatoris, cum pluribus graduum substitutionibus, semper vocando masculos ex masculis, & cum alijs clausulis pactis, & conditionibus ad hoc ut bona familiam de Aguirre, semper inderent, & ab ea non exirent, cum hoc

à conseruatione bonorum, vt hæres, & successores vti usufructuari illis vterentur, & fruereutur, quod expresse disposuit testator, nihil differat, ad successionem vocaverit, & demum omni posteritate masculina, & fœmenina ab illo descendente, finita ad Hospitale generale Vrbs integrè, & absque aliqua diminutione, bona fideicommissio subiecta voluit pertinere, quod executioni deduci non potest, quin illa omnibus vocatis, & familiam de Aguirre componentibus, & integranibus in integrum referentur, & quanvis postea secundum seriem codicillorum exclusis Michaeli Angelo, & Christophoro filijs filiz dicti Regentis suo in casu ad successionem aditum habeant, hoc parum refert, quia statim filiarum filios masculos, & non alias vsque ad penultimas clausulas vocavit, quod licet rigorosè, vt dicimus, agnationi nõ adpreter, artificiosè tamen applicatur, quam sapissimè testatores, descendentes masculos, ex masculis, quia filiarum, aut fœminarum procreatio ( natura ipsam tepescere, aut tepescita) certior, & frequentior est, habere diffidentes, & desperantes, appetunt, & desiderant, & hoc modo, & calliditate, agnationem, quam ex corde diligunt, quatenus res paritur, disponunt, & architectantur, & ita semper habitam cententiatiõnem agnationis, quamvis in aliqua substitutione fœminarum sint vocata, à iure alienum non est. Et quando agnatio cessaret, dormiret, aut suspenderetur, eo quod filiz testatoris etiam ad fideicommissum intromittantur, & approbentur, hoc nullatenus suffragatur dictæ Domnæ Mariannæ, quia illico vocari fuerunt filiabus non exstantibus, aut post illarum mortem filij masculi, ex filiabus, aut ab illis descendentes masculi, in quorum numerum dicta Domna Marianna, vt per se patet, non recenletur. Quod, & etiam pro constanti habuerunt ipsemet Regens Aguirre, & dicta Domna Iosepha Iulia mater, & uxor dicti Don Ioannis de Aguirre, quandoquidem ambo declarationem, vt dicimus, obtinuerunt in Curia Iudicis ordinarij Vrbs, ille scilicet die vigesima nona, mensis Maij, anni millesimi quingentesimi octuagesimi quinti, & hæc die decima quarta mensis Iunij anni millesimi sexcentissimi quinquagesimi, quibus decissum fuit dictum Regentem Don Ioannem de Aguirre vti filium dicti Assessoris Sen Iuan de Aguirre, & post obitum dicti Regentis, Don Christophorum de Aguirre illius filium mortuo dicto Michaeli Angelo

de Aguirre filio etiam dicti testatoris sine filijs, & alijs descendentes, & dictum Don Ioannem de Aguirre, defunctis don Christophoro de Aguirre filio dicti Regentis sine filijs, & descendentes, & Don Ioachimo de Aguirre filio etiam dicti Regentis, successisse vti masculos ex masculis, & à dicto testatore vocatos in omnibus bonis dicti Assessoris iure vinculi, fideicommissi, & maioratus per illum institutum dicto suo vltimo testamento, & codicillis, & cum pactis, & conditionibus quæ in illis conscribuntur, idque etiam ita intellexerunt, & ad pedem literæ, ut vulgo dicitur, obseruauerunt dictus Don Christophorus, & Don Ioachimus, cum in dictis bonis successerint, & ea possiderint virtute dictorum testamenti, & codicillorum, & iuræ dicti vinculi, vt in declaratione obtenta per dictam Domnam Iosepham prædicto nomine, pro re certa, & indubitata supponitur, & refertur, & consequenter prolixè extra dubium est prædicta bona, de quorum possessione agitur, esse vinculo suppõsita, cum omnes prædicti Don Ioannes videlicet Aguirre Regens filius testatoris, Don Christophorus nepos, Don Ioachimus nepos, & Don Ioannes abnepos illis potiti sint virtute dictorum testamenti, & codicillorum, & iure vinculi in illis appõsiti, & ex quo dictus testator vltimum clausit diem per scriptum fere septuaginta annorum, quod eam obseruantiam in successione inducit, vt quando res ex dispositione dubia esset, ex modo succedendi vti lege sibi ipsis per successores tanto temporis tractu impõsita, & præscripta, indubia fieret, quia obseruantia subleuita infideicommissis, & maioratibus, & in eorum successione, ita attendenda, & honoranda est, vt ab ea successores, & maxime quando prædecessorum hæreses sunt, vti Domna Marianna dicti Don Ioannis hæres est, resilire nõ possint, recedere nõ valeat. Cum ergo posteritas masculorum ex masculis descendentiã a dicto testatore per medias personas filiorum Michaelis Angeli (hic enim ab hæreditate iuxta primos codicillos exclusus est, & Christophorus, & ab illo descendentes iuxta secundos ab omni gradu, & substitutione ex hereditate fuerunt) Don Ioannis de Aguirre Regentis, Don Christophori, Don Ioachimi, & Don Ioannis vltimi possessoris defecerit, vt in lite probatum est, per dictum Iustinianum, & in hoc casu vocati fuerunt filiz dicti Regentis Don Ioannis de Aguirre, & earum filij masculi ordine

line succelsivo, vt dictum est, ita vt prima filia, & eius filij, & descendentes masculi secundz, & illius filijs masculis, & descendentes masculi preferantur, & mortua prima filia sine filijs, & descendentes masculi, secunda filia, & illius filij, & descendentes masculi ad fideicommissum inuidentur, hinc arguit, & infert dictus Iustinianus illud sibi apertum fuisse a morte dicti Don Ioannis, quia prima filia dicti Regentis, vt dictum est, fuit Domna Eufrosina, & secunda Domna Paula, & illa mortua est sine filijs, & alijs descendentes, & ex hac descendit dictus Iustinianus vt filius legitimus, & naturalis, & ex matrimonio contracto cum Maria Muños Apolinariis Roca de la Serna, qui filius fuit legitimus, & naturalis Ambrosij Roca de la Serna ex matrimonio quod inuit cum dicta Domna Paula de Aguirre, quz mater fuit dicti Apolinariis Roca de la Serna, vt in lite abunde comprobatur. Quibus ita prahabitis ad rem non facit asserere dictam Domnam Mariannam expresse vocatam esse ad bona prahabita (libertas quippe eorum prahabita inanis, & qualitas agnationis evidens est) licet eius vocatio applicetur clausula dicti testamenti septimz iuxta supputationem Domnz Mariannz, & octavz secundum calculationem Iustiniani, qua vocatur filia maior dicti Michaelis Angeli de Aguirre, calu quo ex dicto Rege Don Ioanne de Aguirre filio tertio testatoris, & ex illius filijs masculis, filij, aut alij descendentes naturales, & masculi, & per lineam masculinam descendentes non super essent, vel quodcumque illi decesserint, & in suppletionem, quz illis verbis his alijs *sine filijs, vel liberi, aut descendentes*, additis, a iure facienda est, cum enim dictus Don Ioachimus filius dicti Regentis Domnam Mariannam reliquerit filiam, quz & inter liberos, filios, & descendentes in conditione positos, quod sufficit ad maioratus acquisitionem, numeretur, hinc etiam infert, & arguit dicta Domna Marianna de se locutam fuisse substitutionem: non tamen categorice infert, nec iuridice, arguit Domna Marianna, quia supplementum quod ex fide iuris dicti clausule sensui, aut defectui prestari exoptat, aut conditio illa *si sine filijs liberis aut descendentes*, non subintelligitur quando vt in presenti constat de contraria voluntate testatoris, qui expresse, & plane voluit masculos descendentes ex filiabus Michaelis Angeli, & Vincentij de Aguirre, postmodum Don Ioannis, & Regentis, vt dictum

dictum est, prahabitis filiabus dictorum Don Christophori, & Don Ioannis filiorum Regentis, siquidem illas tantum modo vocavit, vel in conditione posuit in clausula qua radem substituit Hospitale generale Urbis deficientibus, scilicet omnibus filijs, & filiabus masculis, & feminis descendentes ex omnibus, quos fideicommissi capaces testator fecit, quod posterius est vocatione expressa dicti Iustiniani. Tum, & dicta clausula *sine filijs liberis, & descendentes*, non suppletur, nec locum habet quando testator expresse posuit in conditione, & a fortiori quando vocavit masculos, & a fortiori etiam masculos ex masculis, vt in presenti, quia tunc non sub auditur quod racie de feminis testator senserit, idque omnino in nostra hypothesis difficultate caret, siquidem testator in dispositionibus antecedentibus dictam clausulam modo pretenso suppleendam semper enixe, & iterato vocavit masculos quo in calu si de subintelligenda dicta racia conditione agatur, & disceptetur, feminz in conditione positz non preluantur, & maxime quando testator, vt in presenti, primogenium instituit, & bona in agnatione, aut familia conservandi rationem habuit. Hac igitur suppletionem reiecta, & sedulo animo aduersus mente testatoris, & verbis testamenti, & codicillorum intrepide affirmandum est illum voluisse ~~prahabitis~~ prahabitis feminis, filiabus ex masculis, vt ita agnationem, quam prahabitis oculis habuit, & ardentem dilexit, quatenus posset, vt dictum est, fulciret, restitueret, & conservaret. Et quando linea dicti Regentis evacuanda esset, iam evacuata, & exhausta est per decessum omnium masculorum ab illo descendentes, & ad fideicommissum acquirendum habitum, qui feminis ab illis descendentes exclusis, vocati sunt antequam masculi ex illius filiabus descendentes succedere possent, & deberent, quo in calu versamur, & ita, nec vocatione, nec prahabitione, nec proximitate iuari potest dicta Domna Marianna contra dictum Iustinianum, quia ille expresse vocatus est in dicta clausula speciali vocationis descendentes masculorum a dicta domna Paula, & dicta Domna Marianna tantum vocata est in dicta clausula vltima, & generali, in qua vocatur Hospitale Urbis, quz loco, serie, cera, tempore, verbis, & mente posterior est vocatione dicti Iustiniani, vt dictum testamentum clare demonstrat, & comprobatur, & consequenter dilectio toties

ties memorata à dicta Domna Marianna ad rem nō facit: nam illa docetur, & convincitur per vocationem, ita vt qui prior in illa est magis à testatore diligatur, & alijs in vocatione posterioribus anteponatur, & praeferatur, & etiam minus refert Domnam Mariannam proximiorē esse in gradu, quam sit Iustinianus dicto testatori, quia vt asserit, illius vocatio prior est, & ita magis dilecta fuit, nam in materia successoria qualis est ista, proximitas pro potioritate in successione, & non pro gradibus sanguinis animadvertitur, & consideratur. Quorsum, & quadrat non obstat, Iustinianum legitimē non posse impedire immisionem in possessionē supplicatam à dicta Domna Marianna, eo quod ille non possideat, nec de iure in continenti doceat, quia praeterquam, quod Domna Marianna non est filia, sed soror vicini possessoris dicti maioratus, & vt illius haeres dictam possessionem simplex pretendit, quo in casu dubium, & non leue est, an illi competat remedium, quod proposuit ad dictam possessionem adipiscendam, & praesertim cum sibi ipsi contraria sit, dum asserit bona praedicta vt libera possessa fuisse à dicto Don Ioanne illius fratre, & ad ea iure dicti vinculi agere, & aspirare: ex processu tamen hac explorata scrupulositate, certum, & evidens est, cum bona vinculo supposita sint, & de eorum possessionem anhelare, bona vacantia esse, & à nemine possessa, quo in casu necesse non est, litigantes, aut eorū alterum possidere, imò si possideret, ad possessionem agere non posset, quam in praesentiarum iuridice petit, & supplicavit dictus Iustianus Roca de la Serna, cum ipse vt masculus descendens à dicta Domna Paula de Aguirre, filia secunda dicti Regentis, deficientibus illius filijs, & descendentibus masculis, vt defecerunt, & mortua dicta Domna Eufrosina filia prima dicti Regentis, & nulla ex illa superstiti prole masculina, vt probatum est, proculdubio ad bona praedicta vocatus fuit, antequam dicta Domna Marianna, vt dictum est, vocaretur, & ita in iuridice dicto Iustiniano opponitur non docuisse in continenti de iure suo, cum clarè de illo constet, saltem ad effectum supplicatum, & in lite controversum, & consequenter debet vt infra declarari. Idecirco, & alias deliberationem, & conclusionem in Regio Consilio sumptam insequendo, pronuntiamus, sententiamus, & declaramus instantiam factam per dictum Iustinianum Roca de la Serna Generosum, dicta die

vnde.

vndecimā Februarij, anni millesimi sexcentissimi quinquagesimi quinti procedere, & de iure locum habere, & proinde illum immittendum esse vt immitti mandamus in possessionem bonorum vinculo suppositorum per dictum Doctorem Senlvan de Aguirre, quondam Assessorum Baiuli Generalis Urbis, & Regni, praedictis testamento, & codicillis cum expeditione mandatorum, & aliorum, quae ad similem, & publicam immisionem in possessionem solemniam, & necessaria sunt, & à dicto Iustiniano Roca petuntur, & supplicantur, reservato iure dictae Domnae Mariannae de Aguirre ad bona praedicta, vt dicimus, in iudicio petitorio, & neutram partem in expensis condemnamus.

*Don Franciscus Bono pro Regente.*

*Vt. Don Cosmas Gombau.*

*Vt. Arquesi.*

*Vt. Don Braulius Esteve.*

*Vt. Mor.*

Publicata fuit huiusmodi Regia sententia per Eusebium de Benavides, Regium mandati Scribam, die decima sexta mensis Maij, anno millesimo sexcentesimo quinquagesimo octavo. Instante, & humiliter supplicante Iosepho Aragones Notario procuratore, altera parte absente citata, & non comparente, Valent. &c.